

Aberglauben seiner Zeit ergiesst, wie D. richtig hervorgehoben hat, wird nur beissender, je ernster der Schalk thut.

Heidelberg.

Ernst Riess.

Ad Caesaris de bello civili commentarios.

Ad Caesaris orationem restituendam quanti momenti sit codex Laurentianus Ashburnhamensis 33, cum in bellis Alexandrino, Africo, Hispaniensi iam pridem cognitum est¹, tum conlatis libris de bello civili tribus denuo intellexi. namque codex iste, quem Bellouaci saec. X scriptum esse pro certo habendum est, tot locis a ceteris interpolatis² discrepat, ut ex alio archetypo fluxisse uideatur, et quamquam inter lectiones eius multae reperiuntur pravae, tamen non paucae dignae sunt quae recipiantur: ex quibus tres hoc loco proferre liceat.

b. ciu. I 5: *de sua salute septimo die cogitare coguntur* (tribuni) *quod illi turbulentiissimi superiorum temporum tribuni plebis orto denique mense suarum actionum respicere ac timere consuerant* A: *octo denique menses uariarum actionum* codices reliqui (et Dinter). *octauo denique mense suarum actionum* Aldus (eumque secuti Hotomannus Oudendorpius Nipperdeius alii), quod octauo mense comitia fierent nouis tribunis creandis. *duodecimo pro octauo* Ciacconius et alii multi scripserunt, *ultimo* Em. Hoffmann³. apparet certa hic opus esse temporis definitione, utpote quae uerbis *septimo die* postuletur. sed neque *octauo* neque *duodecimo mense* a Caesare scripta esse censeo, cum iam inde a Furii (a. 655/99) et Druronii (656/98) temporibus tribunorum sacrosanctitas minus religiose obseruaretur, neque absoluto demum actionum anno timori locus esset sed ubi primum ad nouas leges ferendas adgressi erant. cum uero a. d. IV Id. Dec. tribuni magistratum inirent, et lege Caecilia Didia (656/98) iuberetur in promulgandis legibus trinundinum tempus obseruari, ante Kal. Ian. nihil illos innouare potuisse apparet quo periculum ipsis conflaretur. itaque nostro loco aptissimam esse scripturam codicis A censeo: *orto denique mense suarum actionum* id est inde

¹ Landgraf, Der Bericht des C. Asinius Pollio etc. Erlangen 1890. C. As. Polionis de bello Africo comm. ed. Woelfflin et Miodonski. Lipsiae 1890. Comment. philol. Monacenses 1891 p. 185. Stangl Philol. 45, 218. Delisle Notices et Extr. XXXII, 1, 24. Paoli Indici e Catal. VIII, 1, 7. Moelken in comment. de b. Afr. quaest. crit. Argentorati 1892 p. 38 ss.

² Inter quos iniuria adhuc spreto latuisse moneo codices Laur. LXVIII 6 saec. XI./XII. et LXVIII 8 saec. XI. qui aetate praestant neque pretio carere uidentur.

³ Longius abeunt coniecturae Mommseni: *toto denique emenso spatio s. a.*, Woelffeli (Emend. ad. Caes. l. d. b. c. Norimb. 1865 Progr.): *spatio denique emenso annuarum a.*: Kindscheri (Emend. Caes. Seruestae 1860 Progr.): *emensa denique uia s. a.*, Helli (Philol. XIX 514): *peracta denique messe nefariorum a.*

a Kal. Ianuariis. *orto mense sic dictum est ut orta luce* (b. Gall. V 8), *orto die* sim.

I 25: *Brundisii . . . remansisset* (Pompeius), *quo facilius omne Hadriaticum mare ex ultimis Italiae partibus regionibusque Graeciae in potestate haberet* A: *extremis pro ex ultimis* reliqui codd. et edd. Pompeius occupato Brundisio non extremam tantum maris Hadriatici partem, sed totum, ut ipse Caesar tradit, mare praecclusis faucibus eius tenebat. itaque uerba *extremis Italiae partibus* apta non sunt: Paulius (in editione Vindobonensi a. 1889) *ab extremis* scripsit (cf. b. Gall. I 1, IV 17, b. ciu. II 9), nunc noua cod. A lectione locus optime sanatur.

I 32: (Caesar) *orat ac postulat, ut rempublicam suscipiant atque una secum administrant* A et Laurentianus 68, 6: *hortatur ac postulat* reliqui codd. et edd. illa A lectio eo maioris momenti est, quod Laurentiano quoque, qui alius familiae codex est, firmatur. quaerentibus, siue reliquorum scripturae praeferenda, argumentum et sententiam inspicere par est: Caesar post Pompei fugam Romam ingressus conuocato senatu quae aduersus illius uoluntatem fecisset, excusare conatur. in tali oratione et orando locus erat, ne plane senatus auctoritatem spernere uideretur, et postulando, ut intellegerent patres re uera Caesaris uoluntati obtemperandum esse. quam ob rem *orare*, quippe quod mitius sit, arrogantiori uerbo praeferendum uidetur. hortatur enim imperator milites potius quam senatum ciuis, licet magnam potentiam obtinuerit, tamen adhuc subditus.

Bonnae.

Georgius Karo.

Zum Titel der Germania des Tacitus.

Die für das kleine Buch im codex Leidensis überlieferte, etwas langathmige Ueberschrift *De origine situ moribus ac populis Germanorum* hat man in verschiedener Weise zu kürzen versucht; Reifferscheid, indem er *De situ Germaniae* empfahl, der Verfasser dieser Zeilen durch den Vorschlag *De situ ac populis Germaniae* (Hermes XI 126), welchen Hirschfelder, Gantrelle u. A. angenommen haben. Leider wurde das älteste Zeugniß übersehen, welches für eine weitere Fassung spricht. Nach dem Anecdoton Holderi S. 4 schrieb Cassiodor eine *historia Gothica*, *originem eorum et loca moresque* in zwölf Büchern, die uns nur in dem Auszuge des Jordanis erhalten ist. Offenbar ist *loca* nichts anderes als eine Verdeutlichung von *situs* und der Titel nach dem Muster der *Germania* des Tacitus formulirt. Dass Cassiodor diese Schrift gekannt, beweist er Var. 5, 2 durch seine Notiz über den Bernstein: *hoc (succinum) quodam Cornelio scribente* (= Germ. 45) *legitur in interioribus insulis Oceani ex arboris succo defluens etc.*; Spuren seiner Kenntniß der Biographie des Agricola sind noch bei Jordanis zahlreich erhalten. Da nun Cassiodor keinen Anlass hatte, von den Völkern der Gothen zu reden, wie Tacitus